



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Titvli Canonvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

est, vt recitaretur capitulum XIX. Carthaginensis Concilii de accusato & accusatore. Quo recitato, iudicatum est secundum definitionem ipsius capituli, vt Artaldo præfule retinente communionem & parochiam Rhemensem, Hugo, qui ad duas Synodos euocatus venire contempserat, a communionem & regimine Rhemensis episcopii abstineret, donec ad vniuersalem Synodum, quæ indicebatur Kalendis Augusti, se purgaturus occurreret. Ipsumque capitulum mox in charta describi fecerunt episcopi coram se, subnectentes hanc etiam definitionem suam, & eidem Hugoni miserunt. Qui post alteram diem eandem chartam Rotberto præfule remisit, hoc verbis remandans, quod ipsorum iudicio nequaquam obediturus esset.

CONCILIVM ENGILENHEIMENSE,

IN QVO ARTALDO SEDES RHEMENSIS restituta, Hugo comes Ludouico regi perduellis excommunicatus est, præfidente Marino sedis apostolicæ legato celebratum indictione VI. septimo Idus Iunias, anno Christi DCCCXLVIII. Agapeti II. papæ anno II. Ludouici eiusdem transmarini regis, qui Concilio aderat, anno XIII.

TITVLI CANONVM.

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------|------------------------------------------------------------------------|
| I. Hugo comes, qui Ludouici regnum infestabat, excommunicatus. | V. Vt laici presbyteros non vexent. |
| II. Artaldo sedes Rhemensis restituta: Hugoni, qui eam usurpabat, anathema dictum. | VI. Quot diebus feriandum sit in pascha & pentecoste. |
| III. Hugo idem comes ob episcopum Laudunensem sede sua eiectum excommunicatus. | VII. Vt in litania maiore ieiunetur. |
| IV. Vt laici sine licentia episcopi ecclesias non dent, nec auferant. | VIII. Vt oblationes altaris a laicis non attingantur. |
| | IX. Vt decimarum cause non apud saculares, sed in Synodo discutiantur. |
| | X. De incestis nuptiis. |

PRÆFATIO.

IN nomine sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini DCCCXLVIII. indictione VI. VII. Idus Iunias,